

Confessi adhuc sunt cōmilitōnes eius fidē suscepisse iesu christi. Quare pcepit cesar oēs decollari: et copā eorū canibz dimitti. **T**ercio beata catherine patiēter tulit decollatiōz. Nam cum nullo terrore nec pēibus aut pmissis a fide et amore christi posset amoueri: data sup eam sentētia decollari iubet. Que cum ad locum ducta fuisset erectis in celū oculis orauit dicens. O spes et salus credentiū. O decus et gloria virginū. Iesu rex bone obsecro te: vt quicūqz passionis mee memoriā egerit: sen in exitu aīe sue vel in quacūqz necessitate me inuocauerit tue ppiationis psequatur effectū. Factaqz est vox ad eam dicēs. Veni dilecta mea: sponsa mea speciosa mea. Ecce tibi celi ianua est aperta. Nam et his qui passionē tuā celebrauerint: optata p̄sidiā p̄mitto de celis. Deinde cum decollata fuisset de eius corpore p sanguine lac emanauit. Angeli autē corpus eius accipiētes: ab illo loco vsqz ad montē sinay itinere dierū viginti duxerunt: et ibidē honorifice sepelierūt. Ex cuius ossibus oleū indefinenter emanat: qd cunctoz debiliū mēbra sanat. Passa est autē anno dñi. ccc. et. x. Anime vero illi? ad etherea regna volauit permanens leta cum christo. Qui sit benedictus per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo sexagesimussextus de fide sancte cecilie virginis et martyris: ob quā xps eam suam sponsam fecit.

Sponsabo te mihi in fide dei viuētis. Verba sūt ista originaliter Osee. ij. c. Cum aīa rōnalis fide formata se exornat adeo grata efficit regi seculorū immortalī et inuisibili deo vt illā dignet spiritali castoqz matrimonio sibi copulare. Nec retrahit celsitudinem maiestatis sue: que infinita est. quinimmo et abundantī charitate sua creaturam ipam ad sui vniōnē trahit. Facitqz illā extra terminos nature pcedere. Quādo enī potuit operari natura illa q̄ de beata virgine cecilia leguntur: vnde in ea tanta puritas mentis vt virginitatē nōqz voluerit deserere: vñ tanta sapientia tantane facundia: vt valerianū sponsum suū fratrēqz eius tiburtiū nō solū ad fidem: sed etiā ad martyrii triumphū pduxerit. Unde deniqz tanta cōstantia vt nec tormēta nec vi olentā mortē horruerit nisi ex p̄sencia sp̄s sui: q̄ grāz illi porrigebat indefinenter. Propterea in p̄nti sermone de ipa puella sanctissima locuturi: ad fidē eius mētes nostras

animosqz vertemus. Quoniā vt verba proposita dicunt: desponsata fuit christo: in fide perfecta. de qua tria mysteria pponimus cōtemplanda.

Primū dī cōmendationis.

Scōm approbationis.

Terciū defensionis.

Quā maxime cōmendanda est beata cecilia eo q̄ habuit fidē: q̄ virtus est: et prima in ordine aliarū virtutū: et in cecilia magna fuit.

Capitulū. i.

Primū mysteriū cōtemplandum de fide beate cecilie dicit cōmendationis. Nam fuit in ea fides xpi: de qua in sua legenda sic cōmendat. Cecilia virgo clarissima ex nobili genere exorta ab ipis cunabulis in fide xpi nutrita absconditū semp euangelii xpi gerebat in pectore: et nō in diebus neqz noctibus ex colloquijs diuinis et oratione cessabat: suamqz virginitatē cōseruari a dño exorabat. Sed in hac parte de ipa fide: tria pponim? dubia declaranda.

Primū vtrū fides sit virtus.

Scōm vtrū fides sit prima virtutū.

Terciū vtrum fides possit esse maior in vno q̄ in alio.

Ad primū dubiū respondemus q̄ fides sit virtus. Et hoc probari potest fm Bona. in suo. iij. di. xliij. Et Tho. fa. se. q. iij. multiplici rōe. Prima est. qz fides hoīez iustificat. Unde ad Ro. v. c. ait apls. Iustificati ex fide pacē habeamus. Et vt Aristo. docet in v. ethico. Iusticia est tota virtus. **S**ecunda rō est. quia fides est principiū nostre salutis. Vñ xps Luce. vii. c. Mar. v. c. Matt. ix. c. et Luc. xviij. dicit. Fides tua saluū te fecit. Et Marci vlti. c. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Tercia ratio. quia si des placet deo. vñ Eccl. i. c. scribit. Beneplacitum est deo fides et mansuetudo. et ad Hebreos. xi. c. Sine fide impossibile est placere deo. et ad Galath. iij. ca. Qui ex fide sunt hi sunt filij abrahe. et Johis. i. c. Dedit eis potestatem filios dei fieri: his qui credūt in noīe eius. Quarta ratio quare fides est virtus. qz opponit infidelitati que est viciū. Hinc est q̄ fides a sanctis magnificat. vnde. i. Petri dicit. Resistite fortes in fide. et ad Ephe. vi. ca. In omnibz sumentes scutū fidei. et ad Hebre. xi. ca. Sancti per fidē vicerūt regna: operati sūt iusticiā adepti sunt reppromissiones. Et ibi apls magnificat fidē sanctorū patrū. Sed contra obijciunt aliqui probantes q̄ fides non sit virtus. Nam virtus ordinat

ad bonū. quia vt inquit **Aristo.** h. ethicorū. Virtus est que bonū facit habentē. Sed si des ordinat ad verū ergo nō est virtus. Ad hoc rōdet **tho.** vbi. s. q. verū est. bonū intellectus: cū sit pfectio ipsius. et ideo inquantū p fidem intellectus determinat in verū: fides habet ordinē in quoddā bonū. **A**credere namq est actus intellectus assentientis vero ex imperio voluntatis. Ad hoc aut q iste actus sit pfectus duo requirunt. Quorū vnū est vt infallibiliter intellectus tendat ad suū bonum qd est verū. Aliud est vt infallibiliter ordine tur ad vltimū finē: ppter quē voluntas assentit vero. Iterū arguunt q fides nō sit virtus qz nulla virtus est in demonibz: sed fides est in demonibus. De qbus dicit **Jacobi.** ij. e. Demones credūt et cōtremiscunt: ergo fides nō est virtus. Ad hoc iterū dicit **tho.** q volūtas p mouere intellectū ad assentiendū que sunt fidei ex duobus. Vno modo ex ordine voluntatis ad bonum: et sic credere est actus laudabilis. Alio mō quia intellectus cōuincitur ad hoc q indicet esse credendū: his quā dicunt licet nō cōuincatur per euidentiā rei. Sicut si aliquis ppheta pronuntiaret in sermone dñi aliquid futurū adhibens signum mortuū suscitando: ex hoc signo cōuinceret intellectus videntis: vt cognosceret manifeste hec dici a deo: qui nō mentitur licet futurum quod predicat in se euidens nō esset. In fidelibz ergo christi laudat fides fm primū modū: et scdm hoc nō est in demonibus sed solum secundo modo. vident enī multa manifesta indicia ex quibus percipiūt doctrinā ecclesie esse a deo: quia ipsi res ipas quas ecclesia docet nō vident: puta deū esse trinnū et vnum: vel aliqua huiusmodi. Quare fides demonū est quodammodo coacta ex signo: voluntatis iporū quod credunt. **S**ecundum dubiū fuit vtrū fides sit prima virtutū. Et ad hoc respondet **tho.** q aliquid pōt esse prius alteri dupliciter. Vno mō per se. Alio modo per accidens. Per se quidem inter oēs virtutes prima est fides. Cum enī in agibilibz finis sit principium necesse est virtutes theologicās quarū obiectū est vltimus finis esse priores ceteris virtutibz. Ipe autem vltimus finis oportet vt prius sit in intellectu q in voluntate: quia voluntas non fertur in aliquid: nisi put est in intellectu apprehensum. Unde cum vltimus finis sit quidem in voluntate per spem et charitatē. In intellectu autē per fidem necesse est q fides sit prima inter omnes virtutes: quia natura-

lis cognitio nō potest attingere ad deū fm quod est obiectum beatitudinis. put tendit in spm spes et charitas. Sed per accidens pōt aliqua virtus prior esse fide: inquantū remouet impedimenta credendi: sicut fortitudo remouet inordinatū timorē impediendū fidem et humilitas remouet superbiam: per quā intellectus recusat se submittere veritati fidei: et sic de alijs virtutibus. Quis non sint vere virtutes nisi pposita fide fm **Aug.** cōtra Julianum. **T**ercū dubium fuit vtrum fides possit esse maior in vno q alio. Et dicit **tho.** fa se. q. v. q sic. Quia vbiqz inuenitur paruum et magnū ibi inuenit magis et minus. sed in fide inuenitur magnum et paruum. Dixit enī dominus petro **Mat.** xij. Modice fidei quare dubitasti. Et chananee dixit **Matth.** xv. O mulier magna est fides tua. quare fides potest eē maior in vno q in alio. Sciendū tamē q quātitas habitus ex duobus attendi potest. Vno modo ex obiecto. Alio modo fm participationē subiecti. Obiectū autē fidei potest dupliciter cōsiderari. Vno modo fm formale rationē. Alio mō fm ea que materialiter pponunt. Formale obiectū fidei est vnum et simplex. s. veritas prima. vnde ex hac pte fides nō diuersificat in credentibus sed est vna specie in omnibz. Sed ea q materialiter credenda pponuntur sunt plura. Et fm hoc pōt vnus homo plura explicite credere q alius. et sic in vno potest esse maior fides fm maiores fidei explicationē. Si vero cōsideret fides fm participationem subiecti. hoc cōtingit dupliciter. Nam actus fidei procedit ex intellectu et ex voluntate: potest ergo fides in vno dici maior q in alio ex parte intellectus propter maiore certitudinem et firmitatem. Alio modo ex parte voluntatis propter maiore promptitudinem seu deuotionē vel cōfidentiam. Magna ergo fuit fides beate cecilię que ppter christū omnia huius seculi bona cōtempnit. Et cum cuidam iuueni nomine valeriano desponsata fuisset: et dies nuptiarū instituta esset: illa subitus ad carnem cilitio erat induta et super deauratis vestibus tegebatur: et cantantibus organis illa in corde suo soli deo decantabat dicēs. Fiat dñe cor meū et corpus meum immaculatū vt nō cōfundar. Et biduanis ac triduanis ieiunijs orans p̄mendabat dño qd timebat. Inuitabat angelos p̄cibus lachrymis interpellabat apostolos: et sancta agmina omnia xpo famulancia exorabat. vt suis eā dep̄cationibz adiuuaret suo dño p̄diciā cōmendantē. **I**lluminata puella.

Fidelis cecilia. **F**emina oī laude digna in uenula erat: pulchra: nobilis: et sponso clarissimo tradita: et tū cuncta seculi blandimenta spernebat.

Qualiter fides beate cecilie fuit approbata eo q̄ valerianus fuit de illa cōmonitus ex visione: et q̄ angelū visibiliter insperit: atq̄ virtute dei frater eius fuit ad fidem conuersus.

Capitulum. ij.
Secundū mysteriū cōtemplandū de fide beate cecilie dicit approbatōis. Fuit nā q̄ fides ei⁹ a deo approbata et cōfirmata: dū illā docere conata est suū sponsum valerianū habuit quidē illa tria veritatis testimonia.

Primū fuit mirabilis apparitio.

Secūda angelica collocutio.

Tercia fraternalis cōuersio.

Primū testimoniū qd̄ habuit valerianus de veritate fidei d̄r mirabilis apparitio. vt ei scribit in legēda. Dū venit nox in qua cū cecilia suscipere debebat secreta cubilis silētia dixit ei cecilia. **O** dulcissime atq̄ amantissime me inuenis. Est mysteriū qd̄ tibi cōfitear si mō tu iuratus asseras tota te illud obseruantia custodire. Jurat valerian⁹ se illud nulla necessitate detegere: nulla p̄dere rōne. Tunc illa ait. Angelum dei habeo amatorē qui nūmio zelo custodit corpus meum: hic si vel leuiter senserit q̄ tu me polluto amore contingas: statim feriet te et amittes florem tue gratissime iuuentutis. Si autem cognouerit q̄ me sincero amore diligas ita quoq̄ diliget te sicut me et ostendet tibi grām suā. Tūc valerianus nutu dei correptus ait. Si vis vt credā tibi ipm̄ angelū mibi ostēde et si vere pbauero q̄ angelus sis: faciā qd̄ hortaris. Si autē virtū aliū diligis te et illū gladio ferā. Tūc cecilia dixit. Si in deū verū credideris et baptizari te pmiseris: ipm̄ videre valebis. Tūc igit̄ in terciūz miliarū ab vrbe: via q̄ appia nuncupat̄: et pauperib⁹ quos illic inuenies dices. Cecilia me misit ad vos: vt ostendatis mibi sanctū senem vrbānū: qm̄ ad ipm̄ habeo secreta mandata que perferam. Hunc cum videris: indica ei omnia verba mea: et postq̄ ab eo purificatus fueris: redieris angelum ipm̄ videbis. Tunc valerianus perrexit. et p̄m signa q̄ acceperat sanctuz vrbānū ep̄m intra sepulcra martyru latitantē inuenit. Tūc ei oīa verba cecilie dixisset: ille manus ad celū expandēs ait. Dñe iesu x̄pe seminator casti p̄sili⁹ suscipe seminū fructus quos in cecilia seminasti. Dñe iesu x̄pe pastor bone. Cecilia famula tua quasi apis tibi argumētosa deseruit. Nā sponzū qd̄ quasi leonē ferocē

accepit ad te quasi agnū māfuerissimū destinauit. Et ecce subito apparuit sener quidā nū uis vestibus indutus: tenēs librū aureis litteris scriptū. Quē videns valerianus p̄ nimio terrore quasi mortuus cecidit. Et a senē leuatus sic legit. Unus deus: vna fides: vnū baptisma: vnus deus et pater oīm qui est super oēs: et sup̄ oīa et in oībus nobis. Tūcq̄ hec legisset dixit ei senior. Credis ita esse: an adhuc dubitas? Tunc ille exclamans dixit. Nō est aliud qd̄ verius possit credi sub celo. Statimq̄ illo disparēte valerianus a sancto vrbano baptisma suscepit. **S**ecundū testimoniū qd̄ habuit valerian⁹ de veritate fidei dicit angelica collocutio. Rediēs nāq̄ ad ceciliam illā cum angelo loquentē inuenit. Angelus autē duas coronas ex rosīs et lilijis in manu habebat: et vnam cecilie: alterā valeriano tradidit dicens. Istas coronas immaculato corde et mundo corpore custodite quas de paradiso dei ad vos attuli: nec vnq̄ marcescēt: nec odorē amittent: nec ab alijs nisi q̄bus castitas placuerit videri poterūt. Tu autē valeriane: quia vtili cōsilio credidisti: pete qd̄ cūq̄ volueris. Tūc valerianus. Nihil mibi in hac vita dulci⁹ extitit: q̄ vnici⁹ fratris mei affectus. Peto igit̄ vt et ip̄e meū veritatem agnoscat. Tūc angel⁹. placet dño petitio tua et ambo cū palma martyrij ad deū venietis.

Tercia testimoniū qd̄ habuit valerianus de veritate fidei d̄r fraternalis cōuersio. Ingressus nāq̄ tiburtius frater valeriani. Lū nimis rosarū sensisset odorē. dixit. Viror h̄ tpe. Rosus hic odor et liliorū vnde respirat. Tūc valerianus. Coronas habemus q̄s oculi videre nō preualēt: roseo colorez nūneo candore vernantes. Et sicut me interpellante odorē sensisti. Sic et si credideris videre valebis. Tūc tiburtius. In somnis hoc audio: an in veritate ista tu loqueris valeriane. Tūc valerianus. In somnis vsq̄ mō fuimus: sed iam nūc in veritate manemus. Ad quē tiburtius. Vñ hec nosti? Et valerianus. Angel⁹ dei me docuit: quē tu videre poteris si purificatus fueris: et oībus idolis abrenunciaueris. Tūc cecilia euidenter ostendit ei oīa idola esse spernenda. Itavt tiburtius diceret. Quā ista nō credit pecus est. Tūc cecilia osculā pectus eius dixit. Hodie fateor te meū esse cognatum. Sicut enī amor dei frat̄r tuū mibi cōiugem fecit: ita te mibi cognatū faciet cōtemp⁹ idolorū. Tūc ergo cū fratre tuo vt purificatōz recipias: et angelicos vul⁹ videre valeas. dixitq̄ tiburti⁹ fratri suo. Obsecro te ff vt mibi dicas ad quē me ducitur⁹ es. Tūc

valerianus. Ad urbanū ep̄m. Cui tyburtius de illo urbano dicit q̄ totiens damnatus est et adhuc in latebris p̄morat. tūc cecilia multa sibi p̄dicauit de vita futura: de passione iesu xpi: et alijs ad fidē p̄nētibz. Quare tiburtius totus cōpunctus: fratri suo dixit. Miserere mei et perduc me ad hominem dei: ut purificationē accipiā. Ductus ergo et purificatus angelos dei sepe videbat: et oīa que postulabat p̄tinus obtinebat.

Quare fides cecile fuit instrumentū vt fides xpi defenderet triplici martyrio.

Capitulū. iij.

Terciuū mysteriū p̄templandū de fide beate cecilie dī defensionis. Fuit q̄ppe instrumentū vt fides xpi triplici martyrio defenderetur.

P̄mo martyrio valeriani tiburtij et maximi

Secdo martyrio suo p̄prio.

Tercio martyrio urbani pontificis.

P̄mo fides xpi sustentata fuit martyrio valeriani: tiburtij: et maximi. Nā post susceptum baptisma: valerian⁹ et tyburtius elemosynis insistebat: et sanctorū corpa quos almachius p̄fectus occiderat sepulture tradebat. Quos almachius ad se vocās: cur dānatos p̄ suis sceleribz sepeliāt: inq̄siuit. Cui tiburtius. vtinā serui essemus eorū: quos tu damnatos appellas: qui cōtempserūt qd̄ videt̄ esse et nō est: et inuenerūt illud qd̄ nō videt̄ eē et est. Cui p̄fect⁹. Quidnā est illud. Et tiburtius. qd̄ videt̄ esse et nō est: est oē qd̄ in h̄ mūdo est: qd̄ hominem ad nō esse p̄ducit. Qd̄ vero nō videt̄ esse et est: est vita iustorū et pena malorū. Cui p̄fectus. Nō puto qd̄ mente tua loquaris. Tunc iubet astare valerianū dicens ei. Qm̄ nō est sani capitis frater tuus: tu saltem poteris sapiēter dare responsū. Cōstat plurimū vos errare: qui gaudia respuitis et oīa inimica gaudij affectatis. Tunc valerianus se vidisse ait. Glaciali tpe octosfos tocanes et operarios agricolas deridentes. Sed estiuo tpe dū aduenissent gloriosi fructus laborū gaudentibus illis: qui putabant vane cep̄rūt flere qui videbant urbani. sic et nos. Nunc quidē sustinemus ignominia et laborem. In futuro autē recipiemus gloria et eternam mercedē. Vos autē nunc habetis transitorij gaudiū. In futuro autē eternū inuentis interitū. Cui p̄fectus. Ergo nos inuicti simi p̄ncipes eternū habebim⁹ luctū et p̄sone vilissime eternū possidebūt gaudiū. Cui valerianus. Homines estis nō p̄ncipes tpe v̄ro nati citi⁹ morituri: et deo rōem plus oībus reddicuri. Dixit autē p̄fect⁹. qd̄ immor-

ramur verbis. Offerte dīs libamina et ille abscedite. Sancti r̄nderunt. Hos deo vero quotidie sacrificiū exhibemus. Quibz p̄fectus. qd̄ est nomē eius. Cui valerian⁹. Flos men eius inuenire nō poteris: etiā si pennis volaueris. P̄fectus dixit. ergo nomē dei iupiter nō est. Cui valerianus. Flos est homicide et stupratoris. Ad quē almachius. ergo totus mund⁹ errat: et tu cū fratre tuo verū deū noscis. Valerian⁹ r̄ndit: nos soli non sumus: sed innumerabilis multitudo hanc sanctitatē recepit. Tradunt ergo sancti in custodia maximi. Quibz ille ait. Diuinitatis flos purpureus. O german⁹ fraternitatis affectus. Quō ad mortē quasi ad epulas festinatis Cui valerian⁹ ait. Qd̄ si crediturū sepmiteret: gloria eorū post mortem videret. Credit maximus et oīs ei⁹ familia. Ac vniuersi carnifices crediderūt. et a sancto urbano q̄ illic occulte venit baptisma susceperūt. Iḡ dum auroa finē daret cecilia p̄gens ad eos exclamauit dicens. Eya milites xpi abijcite opera tenebrarū et induamini arma lucis. Quarto iḡ miliario ab vrbe sancti ad statum iouis ducunt. Et dū sacrificare nollent: p̄ter decollant. Tunc maximus cū iuramento asseruit se in hora passionis eorū angelos fulgentes vidisse: et aīas eorū quasi virgines de thalamo exeuntes q̄s in gremio suo in celum angeli detulerūt. Almachius vero audiens maximū xpianum effectū esse cū plumbaris tādū cedi fecit quousq̄ spiritū exhalauit. Cui⁹ corpus sancta cecilia iuxta valerianum et tiburtiū sepeliuit. **Secdo** fides xpi autēcata fuit martyrio p̄prio beate cecilie. Inquirens enī almachius facultates valeriani et tiburtij: cecilia corā se fecit astare. Iussit q̄ vt idolis immolaret: aut sniam mortis acciperet. Cū autē ad hoc ab apparitoribz vrgetur: et illi vehemēter flet: eo q̄ puella tā de cora et nobilis vltro se morti traderet Dixit. ad eos. Hoc boni iuuenes nō est inuentus p̄dere sed mutare. Vultaq̄ eis de fide xpi et futura vita beata psuasit. Quare exclamantes illi dixerūt. Credim⁹ xpm̄ verū esse deū q̄ talē famulaz possidet. Vocato ergo urbano ep̄o quadringenti et amplius baptizati sunt. Tunc almachius sanctā ceciliā ad se aduocans: diutius cū ip̄a de fide p̄tendit. Tandē ab ip̄a rōnabiliter superatus iussit illā ad domum suā reduci. Ibiq̄ tota nocte et die buliente balneo cōcremari: q̄ quasi in loco frigido mansit: nec modicū saltē sudoris p̄sensit. Qd̄ cū audisset almachius iussit eā in ipso balneo decollari: quā sp̄culatoz tribz ictibz

in collo percussit: sed tñ caput eius amputa-
re nō potuit. Et qz decretū erat ne quartā p-
cussionē decollandus acciperet: eā semini-
uente cruentus carnifex dereliquit: p triduiū
autē superuivēs: oīa que habebat pauperibus
tradidit. Et oēs quos ad fidē cōuerterat vrbano
episcopo cōmendauit: dicens. Tridua
nas inducias mihi postulaui: vt hos tue be-
atitudini cōmendarem: et hanc domū meam
in ecclesiā cōsecrarem. Sanctus autē vrbano
corpus eius inter cōpos sepeliuit: et domū suā
vt rogauerat i ecclesiā psecrauit. **Tercio**
fides cecilię fuit defensata martyrio beati vrbani.
Dic vt legit in officio ecclesię: fuit nati-
one romanus: ex patre pontiano: q̄ sedit an-
nos octo mēses vndecim: dies vndecim. Post
multa vero ab eo circa cōuersionē paganorū
laudabiliter gesta. Almachius p̄noīatus i
quiri cum fecit: et in quodā antro cum tribus
presbyteris: et tribus diaconibus repit: et
in carcerē missus est. Post hoc plūbatīs cum
socijs celsus est: et iterū in carcere reclus: vbi
tres tribunos ad se venientes cum custode car-
ceris anolino sanctus vrbano baptizauit.
Audit q̄ anolinus christianus factus esset
p̄fecto resistitur et sacrificare renuens decol-
latur. Sanctus vero vrbano et socij capi-
talem s̄niam acceperūt. Sed statim almachius
a demone arripitur et deos suos blasphe-
mans et xpianos inuitus magnificans a de-
mone suffocat. Quod eius vxor mamernia
videns cum filiā suā lucinā et totā familiā a
sancto fortunato p̄sbytero baptisimū suscepit
et post hoc sanctorū corpora honorifice sepeli-
uit. Ecce quales fructū p̄duxit fides cecilię
cuius exemplo miraculis et doctrina: tanta
multitudo puenit ad xpm. Merito igit des-
ponsauit eam: tribuitq̄ coronā eterne beati-
tudinis. In qua glorioſa residebit p̄ infini-
ta secula seculorū. Amen.

Sermo sexagesimuseptimus de fide in-
uictissima beate lucie virginis syracusane.

Venit sp̄s usq̄ que
parate erāt intrauerūt cū eo ad nu-
ptias. Verba sūt redemptoris no-
stri: originaliter Matth. xxv. c. et in euange-
lio hodierno. Promittit merces eterne vite
oībus qui credūt in xpm filiū dei de virgine
natū. Quā saluator ip̄e Jo. iij. c. dicebat. Ex-
altari oportet filiū hoīs: vt oīs qui credit in
ip̄o nō pereat: sed habeat vitā eternā. Et. vi.
ca. Deest volūtas patris mei q̄ misit me: vt
oīs qui videt filiū et credit in eū habeat vitā
eternā. Et iterū eodē ca. Amen amē dico vo-

bis: q̄ credit in me habet vitā eternā. Et. xi. c.
Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me
etiā si mortuus fuerit uiuet. Et oīs qui uiuit
et credit in me nō moriet̄ in eternū. Et eodē
ca. Si credideris videbis gloriā dei. Propte-
rea beatissima virgo lucia fidē iesu xpi p̄ sue
aīe ornamēto suscipiēs: ad nuptias paradisi
puenit. Qua de re ip̄am laudibus p̄sequi cu-
pientes. In solennitate eius ad suā fidē ver-
temus sermonē. De qua tria mysteria p̄poni-
mus cōtemplanda.

Primū d̄ infusionis.

Secūm roborationis.

Tercūm cōsummationis.

Qualiter fides infusa fuit aīe beate lucie
a deo: et quō meritorij est credere: et q̄ fides
informis sit donū dei. **Capitulū. i.**

Primū mysteriū cōtemplandū de fide be-
ate lucie d̄ infusionis. Nā fuit in ea vi-
ta fides et formata: qm̄ deus infudit illā ei
mētī atq̄ feruēt̄ xpm cōfessa est: in quē p̄se-
cte credidit. Sed in hac parte tria dubia de-
claremus.

Primū utrū credere sit meritorij.

Secūm utrū fides sit aīe infusa a deo.

Tercūm utrū fides informis sit donū dei.

Ad primū dubiū R̄ndet Aug. sup̄ Jobā
nem dicēs. Sicut i radice arboris nulla ap-
paret spēs pulcritudinis: et tñ quicq̄d est in
arboze decoris ex illa p̄cedit. Sic ex fidei hu-
militate: quicq̄d meriti: quicq̄d beatitudinis
aīa susceptura est: ex fidei fundamēto p̄cedit.
Sanctus vero tho. fa. fe. q. iij. ait. Q̄ actus
n̄ri sunt meritorij: inquantū p̄cedūt ex libe-
ro arbitrio moto a deo p̄ gratiā. Ex quo oīs
actus humanus q̄ subijcitur libero arbitrio si
sit relatus in deū p̄t esse meritorius. Ip̄m autē
credere est actus intellectus assentiētis veri-
tati diuine: ex imperio volūtatīs a deo mote
p̄ grām. Et sic subiacet libero arbitrio in or-
dine ad deū: vñ actus fidei p̄t esse meritorij.
S3 p̄tra obijcit aliq̄s sic. Ille q̄ assentit ali-
cui credendo: aut h3 cām sufficiēt̄ inducen-
tem ip̄m ad credendū: aut nō. Si sic tñc non
videt̄ hoc ei esse meritorij: qz nō est ei iā libe-
rū credere: et nō credere. Si autē nō habet suf-
ficiēs inductiū ad credendū: tñc leuiter est
credere. Iuxta illud Eccl. xij. c. Qui cito cre-
dit leuis est corde: et sic nō videt̄ meritorium
esse. Ad hoc ita r̄ndet Tho. Q̄ ille qui credit
habet sufficiēs inductiū ad credendū. In-
ducit enī auctoritate diuine doctrine mira-
culis cōfirmate: et q̄ plus est interiori instin-
ctu ducit dictantis vñ nō leuiter credit: qz tñ
nō h3 sufficiēs inductiū ad tollendū. ideo

cc